

70

Aristotiles in topicis. Communis autē opinio sapientū qui apocaliptum exponūt ad litterā est ista. Antichristus verus nō mysticus est bestia habēs duo cornua similia agno qui venit sub septima tuba circa annū salutis sexcentesimo lxxj. Et ita cōmunis ac vera opinio est p nobis. Ad secundā ratio² nem nego minorē. quia in hoc libro sequēdo litteralē sensum apertissime ponit et nomē et tempus ortus bestie. Ideo dicere oppositum est aut impeditata responsio aut ignorancia. Sed dices. doctores non dicūt venit. sed veniet antichristus. Et respondem⁹ q sequunt modū loquēdi antiquoz qui hanc septam inuentionē et tribulationē ecclesie vniuersalem a mauris et discessionē vniuersalē a romano imperio et ecclesia non viderūt. Nos autē et ceteri litterales expositores apocaliptis secundū modū ppiū littere loquimur. Preterea nos de capite huius septe loquimur. Illi ad vltimā ecclesie plagā referunt. que nōdū venit sed a mēbris antichristi futura est ut dicemus capitulo xx. Sed adhuc querit. Si antichristus mortuus est. quomō fulminabit in monte oliueti. Respondem⁹. q caput et mēbra in sacra scriptura cōputant⁹ p vna persona. Et iacob et descendētes eius vocant⁹ israel. Sicut dicit deus exodi iij. cap. Filius meus primogenit⁹ israel. vbi ad litterā israel nō dicit⁹ iacob. sed eius successores. Sic et antichristus in persona mortuus est. s; eius septa viuet quousq; miraculo se fulminabit in exercitu magne tribulacōis vltime. de qua loquimur cap. xx. et ita nō est cōtradictio. Antichristus verus venit. Antichristus verus nō venit. Antichristus verus obijt. Antichristus verus nō obijt. q; hec referunt⁹ ad psonā capitis et mēbra. Ad terciā rationē dicit. q; nihil addim⁹. s; quod est in textu littere fideliter exposum⁹. quinimo ppariū ponere est de veritate littere minuere. Quod q; sit aduertendū ipi viderint. Ad quartā rationē dicim⁹. q; ille aptationes augustinū nō sunt litterales. s; allegorice. in quo sensu preualuit.

b ij